

Kedvetlen, feddő, elmulton csak dicsékvő,  
 Még hogy gyermek volt, próbálja feddni kicsint csak;  
 Vének elméjét végre sok nyavalva tőri.

(Horatius: Ars poet. Multa senem etc. Fol. 314a.)

E két mutatvány közül az első eredeti, a második fordított. Mind a kettő meggyőzi az olvasót arról, hogy írójuk nem volt közönséges verselő a klasszikai versírás gyermekkorában. Sem előtte, sem utána egyhamar nem volt, aki beérte volna őt, mert ezek a versek, a mai ízléshez viszonyítva, nagyon döczögősek ugyan, de a XVII. századi prozódiaval mérvé, valóságos gördülékeny versek. Az elsőben aláhuzott két sor gondolata bármely írót megelőz e korból, úgy magáért a gondolatért, mint annak kifejezésbeli szabatosságáért. Foktövi János Toldy sorozatában Diósi Gergely deák után Szenczi Albert előtt állhat, a XVI—XVII. századok találkozóján, haladást jelez a XVI. század verselésében. Foktövi János e nehány versfordítás és töredék révén helyet foglalhat a magyar irodalom múltjában.

ERDÉLYI PÁL

#### AD ARNOBII ADV. NAT. L. IV. C. 24.

*Apud Arnobium Adv. Nat. l. IV. c. 24. legimus:*

*Numquid rege a Cyprio, cuius nomen Cinyras est, dictatum  
 meretriculam Venerem divisorum in numero consecratam?*

Hoc loco codex Parisinus 1661. *dictatum* præbet, quod Reifferscheid in editione sua, de emendanda corruptela desperans, asterisco notavit. Nam conjecturam Gelii, *ditatam*, cum apud Clementem, Arnobium et Firmicum Maternum, præter quos de Venere a Cinyra consecrata nullos habemus auctores, eum a rege divitiis ornatam esse nusquam legamus, iure noluit in textum recipere. Sed multo planiorem ingredi licet emendandi viam, si tenemus, quod ad quæstionem solvendam maximi est momenti, scilicet Arnobium et hæc et illa, quæ l. V. c. 19 de eadem profert:

Nec non et Cypriæ Veneris *abstrusa illa initia* præteribi-

mus, quorum conditor indicatur Cinyras rex fuisse, in quibus sumentes ea certas *stipes inferunt ut meretrici* et referunt *phallos* propitii numinis signa donatos.

ut alia permulta, a Clemente Alexandrino sumpsisse neque præter ea, quæ apud auctorem suum legerit, quicquam novi hoc loco posse requiri. Clemens enim in Protreptico [cap. II. 13.] hæc dicit:

*οὐ γάρ με Κύπριος· ὁ νησιώτης Κινύρας παραπείσαι ποτ' ἀν τὰ περὶ τὴν Ἀφροδίτην, μαχλῶντα δργια ἐκ νυκτὸς ἡμέρᾳ παραδοῦναι τολμήσας, φιλοτιμούμενος θείσαι πόρνην πολίτιδα*

et paulo post (cap. II. 14.):

*ἡ μὲν οὖν ὑφρογενής τε καὶ Κυπρογενής, ἡ Κινύρα φίλη τὴν Ἀφροδίτην λέγω . . . φαλλὸς τοῖς μυουμένοις τὴν τέχνην τὴν μοιχείην ἐπιδιδοται· νόμισμα δὲ εἰσφέρουσιν αὐτῇ οἱ μυουμένοι ὡς ἔταιρα ἐρωσταί.*

Quibus si addis testimonium Firmici Materni [De err. prof. rel. c. 10], qui præter Clementem, etiam Arnobium ante oculos habuisse videtur:

Audio Cinyram Cyprium templum *amicae meretrici* donasse . . . statuisse etiam ut quicumque initiari vellet secreto Veneris sibi tradito assem unum mercedis nomine deæ daret . . . Bene amator Cinyras meretriciis legibus serviit: *consecratae Veneri a sacerdotibus suis stipem dari iussit ut scorto*.

certe Venerem, *τὴν Κινύρα φίλην, amicam regis meretricem*, ab Arnobio loco in quæstionem vocato *dilectam meretriculam* nominatam esse concedes. Neque enim verbum diligendi, quod fortasse offendet nonnullos nimium scrupulosos, prorsus alienum est a significatione huiuscmodi amoris, ut Firmicus Maternus astrologus, qui paulo post Arnobium vixit, docet l. V. c. 14: Qui stultas mulieres ac temerarias summo *dilectionis* prosequantur affectu.

G. NÉMETHY.